HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 196r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quitatem. odit animam suam. quo malę amando animam suam odit
iusticiam. idem animam suam aptat ad suscipiendam furturę famis
miseriam. Alit. Reges et bestia odient fornicariam. quo amatores isti seculi odio inuicem se persequunt. qa dum quis alium ad
altiora uidet ascendere. quod ipse non potest uenire. odio illum in-
sequitur quo inter superbos semper iurgia sunt. Hinc paulus
apls dicit. Inuicem inuidentes. inuicem odientes. Vel certe
cum uiderint se miseri iam in iudicio constitutos et damnatos. odient seipsos quod peccauerunt. et p peccatum peni-
tentiam non egerunt. Sed nichil pdesse tunc odisse malum
quod fecerunt. quando ipso malo carere non poterunt. Et deso-
latam facient illam. hoc est seipsos facient extraneos a dono ppt
peccata pterita. Iam enim cum illis ds non habitabit. qui est
pacis et caritatis amator. Hinc est quod iheremia lamen
tabili uoce clamasse legimus. Quomodo sedet sola ciuitas
plena populo. Et nudam facient illam. subaudis a superio
ribus. Vestimenta fidelium sunt. sacramenta. baptisma
tis. caritatis atq; innocentię. Sed his uestimentis se nu
dant quicumq; baptismum iterant. et se grauioribus crimi
nibus maculant. et caritatis iura uiolant. Sunt autem
et quidam qui etiam in. psentia his uestimentis sunt nudi.
sicut iudei et pagani. qui neq; baptisma habent. neq;
caritatis mandatum custodiunt. Falsi quoq; xpiani et
si habere uidentur hec uestimenta. tamen in iudicio cum
illis nudi reperientur. quia ea quę habuerunt male
ui uendo amiserunt. Parum quod nudi reperientur. quia et
probrosa corpora et aptus infidelibus et falsis fribus estruitur.
Et carnes suas conmanducabunt. Isaias ypheta dicit
de reprobis. quia ignis eorum non extinguetur. et uermes eorum.